J   N.o 90

Notata ex Georgio Monacho   Alexander

Pag. 563. Anni Mundi sexies millesimo quadringentesimo duodecimo Divinae Incarnationis nongentesimo duodecimo Imperavit Alexander ~~[illegible]~~ Basilii filius annum unum dies viginti novem cum Constantino Leonis filio.

Pag. 564. Alexandro Imperatore apparuit Cometa à partibus occidentis dies 15 quem à gladii figura Xiphiam vocari ajebant

Constantini Leonis filii
Imperium LV. Annos.

Porro Constantinus Leone Patre exstincto cum puer adhuc esset, (quippe qui septimum aetatis annum ageret) ab Alexandro Patruo in Imperio relictus est. Imperavit itaque sub tutoribus cum Matre septem alios annos, cum Romano verò ejus socero, illi subjectus alios 26. annos, solus denique Imperium rexit annos quindecim. Atque adeo Imperii ejus omne tempus annorum quinque supra — aetatis. quinquaginta spatio clauditur.

588: Contigit verò prima Turcorum ~~irruptio~~ adversus Romanos expeditio mense Aprili Indict. 7 hi ad urbem usque ~~exercitus comitos~~ per Thraciam obvios praeda abegere.

590: Indictione 1 Mense Aprili rursus Turci cum ingentibus Copiis Romanae ditionis fines invaserunt.

Pagina eadem: Secunda porro Indictione Romanus Imperator Paschalium Protospatharium ac Longobardiae Ducem ad Hugonem misit Franciae Regem ejus filiam Romano Constantini generi sui filio sponsam exquirens, quam et assumens quem dixi Paschalius cum multa supellectile atque opibus in urbem reduxit. Celebratae nuptiae mense Septembri Indictione 3 vixit cum Viro annos quinque, tumque viris exempta est cum Constantinus illius socer ipse summus Imperator esset, unusque rerum potiretur.

pag. 591 Quinta decima Julii Mensis Indictione 6 moritur Romanus Imperator —

Ex Plin. II   Ad. No. 90.

Historiæ Natural. Lib IV.

XXIV. Inde ostia Histri ortus hic in germaniæ jugis montis ×Abnobæ. ex adverso Raurici Galliæ oppidi multis ultra Alpes millibus, ac per innumeras lapsus gentes Danubij nomine immenso aquarum auctu I unde primum Illyricum alluit Ister appellatus sexaginta amnibus receptis, medio fere numero eorum navigabili in pontum vastis sex fluminibus evolvitur. Primum ostium Peuces mox ipsa (1) Peuce Insula, à qua proximus alveus appellatus est:

×. Abnobæ Tacitus libr. de moribus germ. pag. 123 Danubius molli, et clementer montis Abnobæ jugo effusus est: Non Tacitus modo, sed et Festus Ruffus avienus confirmat. in Descript. orbis versu 437. Abnoba mons Istro Pater: cadit Abnobæ hiatu flumen: in Eoos autem convertitur axes Euxinoque salo provolvitur, ora per æquor quinque vomunt amnem.

~~Ptolom. lib 2 cap. XI.~~

Peuce: omnium notissima, et maxima, inquit Mela inde nomen ei, quod multas πεύκας arbores ferat. Magnitudo par Rhodo. ita Author Scripti Ponti Euxini pag. XI. Stephano quoque nota πεύκη νῆσος ἐν τῷ Ἴστρῳ

Petri Saxij Pontificum Arelatense Menkenij

DCCXXC.

DCCXXCIIX.

Scriptores Rerum Germanicarum præcipue Saxonicarum Ex sua Bibliotheca, alijsque edidit Joan. Borchardus Menckenius. Tom. I. Lipsiæ 1728.

LIX Alesantus.

Narbone celebratum est Concilium Indictione XII Anno XXIII Caroli. V Kal. Julij, et Christi DCCXXCIIX (788) sed erat diu Indictione) vel anno. vel enim esse debet indictione XI. vel Anus 789 hoc est DCCXXCIX

Item DCCCLIIX.

Item ~~Dcc~~ DCLXIIX

Item DXXCIX.

~~Anonymi Authoris~~

Authoris Anonymi, qui tempore Friderici II Imp. vixit, Chronicon vetus ex libris Pentheon excerptum de Imperatoribus Rom. à Carolo magno usque ad mortem Friderici II productum è membrana Bibliothecæ Menckenianæ hæc habet:

Ad Annum 886.

De Arnulpho Imperatore: Propter quod Arnulphus est supra memoratus ad Imperium ab omnibus electus, ~~et~~ Anno ab Incarn. Domini DCCCLXXXVI. ---

~~eo tempore~~ His diebus gens Ungarorum ex Scythia Sicia[+] ingressa in Pannoniam primitus venit, et ejectis inde avaribus perpetualiter usque hodie permansit.

post hæc narrat.

Deinde Anno dni 894 compositis rebus omnibus in germania Arnulphus cum exercitu Lombardiam ingrediens castaque civitate Pergamo Comitem Ambrosium in furca suspendit, unde totam Italiam perterritam suæ subditioni subjecit Arnulphus per valliam per montem Jovis rediit.

Plin. II. Lib. IV.

XXVI.

De Hyperboreis.

Regio aprica, felici temperie, omni afflatu noxio carens, Domus iis nemora, lucique, et Deorum cultus viritim, gregatimque, discordia ignota, et ægritudo omnis. Mors non nisi satietate vitæ est. Quidam eos in prima parte Asiæ litorum posuere, non in Europa, quia sunt ibi simili consuetudine, et situ Attacorum* nomine.

Libro VI.

III. Capadocia intus habet coloniam Claudij Cæsaris Archelaidem, quam præfluit Halys, oppida Comana*, quod Sarus, Neocæsaream, quod Lycus. Amasiam, quod Iris in Regione Gazacena &c.

Comana: Τα Κόμανα Straboni lib. 12 pag. 535. et Appiano in Mithridate, inquibus Strabo qui hanc Cataoniæ urbem adjudicat: alteram deinde ejusdem nominis ab ea discriminat, quæ iri amni erat imposita, de vocis Etymo multa ibi digna lectu et de Iphigeniæ gladio, quem penes se utraque Urbs gloriatur. Nummi Veteres ΚΟΜΑΝΕΩΝ. Colonia eo missa est sub Severo Imperatore et a Conjuge Julia Pia, felice Aug. nomen accepit. Unde sunt Nummi Antonini Severi. Col. IVL. AVG. F. COMANORVM.